

1193, desembre, 1

Dolça de Colomer estableix a Arnau de Colomer i a la seva esposa Raimunda la meitat d'una terra situada a Vilafreser, que es té per Sant Daniel, per fer-hi vinya a rabassa morta, a cens d'una gallina, per 4 sous d'entrada.

ASD núm. 48, còpia de 12 92, 115 x 215 mm, molt esvaïda. Còpia: Llibre 11, f. 27lrv.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento sic incipiente. Sit notum cunctis quod ego Dulcia de Columbario et mea filia Berengaria donamus tibi Arnaldo de <Co>lomerio et tue uxori Raimunde et tuis infantibus et quibus dimitere uel impignorare uolueris illam .terram quam habemus et tenemus per Sanctum Danielem in paroecchia Sanctj Saturnini de Uillafredarii, in loco uocato Pocha Farines, cum exitibus et ingressibus et cum omnibus in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus, tali modo quod tu uel tui edifices ibi uineam et uos habeatis medietatem ipsius uinee et tuis in perpetuum dum ibi sint rebaces, et nos donatores habeamus insimul cum tibi Arnaldo iamdicto et tuis istam prelibatam uinea medium per medium, et nos laboremus insimul de una cauao(sic) inantea, saluo iure senioris, et dabis mihi uel meis inde annuatim pro censu unam gallinam in festiuitate Sancti Michaelis; et nos accepimus propter hanc donationem .Im. solidos barchinonenses.

Actum est hoc kalendis decembris anno ab Incarnacione Domini .MCXCIII.

Sig+num Dulcie de Columbario sig+num Berengarie filie eius, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Petri de Columbario, sig+num Berengarii de Sancto Michaelis. Sig+num Petri Pladiani. Sig+num Petri de Podio. Sig+num Arnaldi de Carrera, baiuli. Sig+num Iacobi'Clementis.

(s. man.) Raimundus presbiter, qui hoc scripsit die annoque prefixo. Sig+num Raimundi Garlensis de Rogationibus, scriptoris iurati .nn. nonas aprilis anno Domini .MCC. nonagesimo secundo qui hec fideliter translataui et cum authentico comprobaui.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 142-143